



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

7. Intemperantiam ciborum, caussam esse multorum morborum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

Manardus testantur, coepisse in Valentia Hispaniæ Tarraconensis, de Guafaco
 quo tempore Carolus Francorum rex expeditionem Italicam & Manard.
 parabat, cum elephantiosus quidam nobilis miles ad nobile scort- lib. 7. epist.
 tum accederet. Nam quicumque deinde ad mulierem ingressi Medic.
 sunt, eo malo infecti fuere, elephantiasi in illud degenerante.
 Qui hoc morbo plectitur, in eum non incommodè jaçtari potest
 illud scemma Sophar: *Ossa eius implebuntur viris adolescentiæ* Job 20. 11.

Alij potatoribus affirmant hoc vitium esse familiare. *Luxu- VI.
 riosares vinum*, ait Salomon. Consentit Apostolus, Ephesijs scri- Prou. 20. 1.
 bens: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Expertus est id Nöe, Ephes. 5. 20.
 expertus filius prodigus, & coniungi hæc vitia indicavit ipse, Gen 9. 21.
 Deus, qui parentibus contumacem filium accusaturus hanc for- Luc. 15. 13.
 mulam præscripsit coram magistratu & senioribus recitandam:
*Filius noster iste protervus & contumax est. monita nostra audire con- Deuter. 21.
 semnit, comessationibus vacat, & luxuria atq; conuiujs.* Rarò enim, 20.
 qui ebrius est, castus est. Itaque quid mirum, si morbi, qui im-
 puris adhærent, adhæreant & ebriosis? Quamquam & his sui
 sint, longèque plures morbi. Quod Poëta non tacuit, ita lo-
 quens:

*Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore,
 Vno namq; modo vina Venusq; nocent.
 Vt Venus enervat vires, sic copia Bacchi
 Attenuat gressus debilitatq; pedes.*

Itaque intemperantia in Venere, in vino, in cibo morbos creat.
 De impuris sat dictum, si medicinam admittunt. Sed vltior ra-
 dix attingenda. Modica est oris lacuna, sed eam vt impleat non
 sufficit terra: nec enim siluæ dumtaxat plagis circumdantur, ma-
 ria retibus, aër pennis occupatur, atque vt omnia elementa ga-
 neæ seruiant, prædæ vndique petita, transeunt antè per ignem,
 quàm per guttur; ita abundantia luxuriat, luxuries morbis viam
 sternit. Quot perdices, quot phasiani jugulantur, quot gari,
 quot nulli vino immoriuntur, vt gulæ procures ad mortem du-
 cant, nec gustum tantummodo sapore, sed oculos quoq; colore,
 dum oblectant, decipiant? Itaque

De gulonibus paullo plura sunt adijcienda, de quibus S. VII.
 Ee 2 Spiri-

Eccle. 37. 32.

Spiritus hæc monet. Noli avidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam: in multis enim escis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit usq; ad choleram. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adhucet vitam. Non loquoriam de insidijs, aut cibus veneno infectis. Sine veneno escæ sunt virulentæ, si sunt nimix. Quemadmodum enim nautæ nimium onerantes nauim, deinde in exhausta sentina laborant: ita qui corpus onerant cibus, deinde clysteribus opus habent, vt illud inaniant. Sunt autem cibi quidam ex se noxij & graues; quidam etsi graues non sunt, noxij tamen fiunt nimietate. Magnum gulæ mancipium est, qui ab ijs, quæ experitur sibi inutilia esse, immò perniciofa, non potest abstinere. Vt enim omittam cucumeres, melopepones, boletos, quos voluptarium venenum Philosophus vocat, & similes terræ filios stomacho parum amicos, caseo quàm multi se se farciunt, à quo tamen degulato sciunt, in se calculos generari? Quam ob rem meritò recens Poëta, vt atro lapillo damnaret caseum tortoris calculi parentem, in Parodia, ad Catulli Phaselum ita lusit:

Senec. ep. 95.

Carol. Malapertius in
libr. Miscel-
lan,

Lapillus ille, qui tibi manum asperat,

Ait fuisse caseus Batanicus:

Neg, belluonis vltius stim impigri

Nequisse prouocare, siue res fores

Mero gerenda Gallico, aut Iberico.

Et hoc negat patentijs Amsterodami

Forum negare: Cycladas Zelandicas,

Britanniam vltimam, horridosq; Vestfalos,

Brabantiamq;, Frisonumq; pascua;

Vbi iste, post lapillus, antea fuit

Opima vacca: namq;, Frisonum in solo

Groninga pinguis, Amasiq; lymptide,

Tibi hac fuisse, & esse cognitissima,

Ait lapillus; vltimâ ex origine

Tuo faretur ambulasse margine,

Tuo imbuisse plantulas in aquore:

Et inde mulctra tot per improbas manus

Repleffe lacte, lacte sine caseo

Opus

Opus fuisset, aut verumq; sedula
 Simul colona misistaret in forum.
 Nec vlti vota nundinalibus Dijs
 Sibi esse facta, cum veniret à bone
 Batauica, has adusq; iam flex manu.
 Sed hac prius fuere; nunc inuiti
 Senet quiete, seq; consecrat tibi

Megara, Erinny, & Megara Erinnyos.

VIII:

Seneca, cum concessisset, fuisse veterem illam sapientiam, maximè nascentem, rudem, non minùs quàm ceteras artes, quarum in processu subtilitas creuit, adiecit: *Sed ne opus quidem ad-* Senec.ep. 95.
huc erat remedijs diligentibus. Nondum in tantum nequitia surre-
xerat, nec tam late se sparserat: poterant vitijs simplicibus obstare re-
media simplicia. Nunc necesse est tanto operosiora esse munimenta, quan-
to valentiora sunt, quibus petimur. Medicina quondam paucarum fuit
scientia herbarum, quibus sissetur fluens sanguis, vulnera coirent pau-
latim, deinde in hanc peruenit tam multiplicem varietatem. Nec est
mirum, tunc illam minus negotij habuisse, firmis adhuc solidisq; corpo-
ribus, & facili cibo, nec per artem voluptatemq; corrupto. Qui post-
quam coepit, non ad tollendam, sed ad irritandam famem quari, & in-
uenta sunt mille conditura; quibus auiditas excitaretur: qua deside-
rantibus alimenta erant, onera sunt pleuis. Inde pallor & neruorum
vino madentium tumor, & miserabilior ex cruditatibus, quàm ex fa-
me macies: inde incerti labantium pedes, & semper qualis in ipsa ebrie-
tate titubatio: inde in totam cutem humor admissus, distentusq; venter,
dum male assuescit plus capere, quàm poterat: inde suffusio lurida bilis,
& decolor vultus, tadesq; in se putrescentium, & retorti digiti articulis
obrigescentibus, neruorum sine sensu jacentium torpor, aut palpitatio
sine intermissione vibransium. Quid capitis vertigines dicam? quid
oculorum auriumq; tormenta, & cerebri estuantis verminationes, &
omnia, per qua exoneramur, internis ulceribus affecta? Innumerabi-
lia praterea febrium genera, aliarum impetu sauentium, aliarum
tenui peste repentium, aliarum cum horrore, & multa membrorum
quassatione venientium? Quid alios referam innumerabiles morbos,
supplicia luxuria? Immunes erant ab istis malis, qui nondum se deli-
cys soluerant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere ac

E e 8 vero